Verùm ego non ideo duntaxat pulicem laude dignũ exiſtimaveris,
quod nobiliſſimâ potiatur patriâ, ſed etiã ob generis ſplendorem,
quo nobiliſſimus atq́ excellentiſſimus extitit, è regio enim ſtemmate,
aut præclara Patriciorum familia oriundum eſſe, et regium
decus, et veſtis patricia demonſtrant: enimverò intueris hominẽ
hyacinthinâ conſpicuũ veſte? in aula, ais, huius ſunt penates:
aſpicis quempiam purpureo auguſtum ſago? ſolio ſceptroq́
eundem potitum ominaris; nec eſt, qui ignoret, hæc regum
aulicorumq́ eſſe ornamenta præcipua. Sed advertite q[uæ]ſo
AA. intendite oculorum aciem in pulicem noſtrum, an
non indumentum hyacinthinũ? an non veſtimentũ pur-
pureũ nobili adiacet corpuſculo? et quidẽ quanto præſ-
tantius? illud tinea corrumpit, hoc neutiquam, illud
laceratur, hoc inconſutile, illorum purpura veteraſcit
huius temporis diuturnitate ſplendeſcit, illorũ â fucata
arte, huius â magiſtra natura: cedant ergo reges
purpuratiq́ pulicii veſtiũ ſplendorem, collocetur in ſolio pulex
honore hoc non indigus, utpote qui et patriciã, et regiã in
cute præſſerat originem: nec tamen hoc cuiquam offen-
dat animum, cùm et olim nobiliſſimus, univerſoq́ orbi notiſſimus
pulex in auguſto ſit collocatus ſolio, invictiſſimus nimirũ Hebrææ
gentis poſtea rex David, qui regio licet decoratus diademate
pulicem tamen ſe nominare non erubuit. Sed iam de puli-
cis ortu generisq́ ſplendore ſatis ſit dictũ; veniamus iam
ad corporis lineamenta et conſtitutionẽ, quæ tã decorè tam
artificioſè inter ſe ſunt diſpoſita, ut Natura in hoc pulicis
corpuſculo elaborando omnẽ induſtriã et artẽ effundere voluiſſe videat[ur]: